e-codices

I bo intro et dicam te hic aſtare erotio
V t te hinc abducat potiuſ q̃ hic adſtes foris
Men I am ne abijt. edepol haud mendacia tua uerba
Mes E xterior ſis obſeruato modo nam iſtic meretricem credo
H abitare mulierem ut quidem inſanus ille dixit q hinc abijt modo.
Men S ed miror q ille noverit nomen meum
Mes M inime hercle mirum | morem hunc meretriceſ habent.
A d portum mittunt ſeruulos ancillulas
S i qua peregrina nauiſ in portum aduenit
R ogitant cuiatis ſit | quid ei nomen ſiat
P oſt ille extemplo ſe applicant adglutinant
S i pellexerunt perditum admittunt domum
Men S ane cenſeo. Mes nunc in iſtoc portu ſtat navis
P redatoria abſqua cavendum ē nobiſ
Men M oneſ quidem hercle recte. Mes tum demum ſciam
R ecte monuiſſe ſi tu recte caveriſ
Men T acedum parumper nam concrepuit hoſtium
V ideammuſ qui hinc egreditur hoc ponam interim
A bſeruatote hec ſi uoltis navaleſ pedes.

EROTIUM. CHILINDRUS. MENECHINUS. MESSENIO

S ine foreſ ſic abi nolo operiri intus para
Cura inde quod opus eſt. Chi fiat
Ero S ternite lectos incendite odoreſ munditia illecebra aio eſt amantu
A manti amoenitas malo ſi nobiſ lucro eſt
S ed ubi eſt ille quem coquus an̄ ędiſ ait ee atq; eccum video
Q ui mihi eſt uſui & plurimum prodeſ item huic ultro fit ut meret
P otiſſimus noſtrę domi ut ſit nunc eum adibo adloquar ultro
A nimule mi cur uideo te hic ſtare foris
F oreſ cui pateant magiſ q̃ domus tua : cum hec tua ſit.
P randium ut iuſſiſti hic curatum eſt. ubi lub& ire licet accubitum.
Me Q ui cum hec mulier loquitur. Ero equidem tecum. Men quid mecū tibi
F uit unq̃ aut nunc eſt negocij. Ero quia pol te unum ex omnib;
V enus me uoluit magnificare | neq; id haud īmerito tuo
N am ecaſtor ſolus benefactis tuis me florentem faciſ
Men C erto hec mulier aut inſana aut ebria ē meſſenio
Q uę hominem ignotum compell& me tam familiariter

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 127r – Plautus, Comedies
(http://www.e-codices.ch/fr/fmb/cb-0138/127r)